

non erit necessarium disputare, an melioratio, quæ legibus, Regni parentibus est permessa, valeat facta in minus solemnibus dispositionibus, & an prædictum privilegium procedat facta bonorum inæquali divisione, quæ ut potissimum capite sequenti tradentur: huiusmodi enim controversiæ, & omnes testamenti inter liberos cessabunt in nostro Regno, si hodie eadem solemnitas requiratur in illo, quæ in testamento inter extraneos requiritur, quæ in re divisi sunt Regnicolæ, ad exteros etiam non pertinet disputatio: alij dicunt, eandem solemnitatem requirere testamentum inter liberos quàm inter extraneos, & quod privilegium de iure communi in totum ablatum est lege 3. Tauri, Didacus del Castillo super dict. l. 3. verbo siete testigos, Gregorius Lopez in l. 7. verbo testigos, tit. 1. part. 6. Molina de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 8. nu. 27. Matienzus in l. 2. tit. 4. lib. 5. Recopilat. gloss. 1. num. 15. & 16. Angulus de meliorat. in l. 7. gloss. 1. num. 4. tit. 6. lib. 5. Guierrez pract. lib. 2. quæst. 36. n. 5. Padilla in l. si frater num. 15. C. de fideicommissis, Morque-

cho de divisione bonorum lib. 4. cap. 8. num. 4. in fine, Escobar de utroque foro. art. 2. num. 220. Cevallos quæst. 759. num. 19. ubi citat pro hac opinione Cifuentes in dict. l. 3. Tauri, & Antonium Gomecium ibidem num. 48. Azevedum in l. 2. tit. 4. num. 1. lib. 5. Gregorium Molinam, & Padillam iam relatos, qui omnes Authores pro hac opinione solent allegari, licet non omnes sic teneant, ut statim demonstrabitur. Fundamentum est ipsa lex 3. Tauri, quæ eandem solemnitatem petit in testamento inter liberos, & inter extraneos, ut patet in verbis, ubi: *Aora sea entre los hijos, o descendientes legitimos, ora entre herederos estraños.* Et ibi: *Los quales dichos testamentos, y codicilos si no tuvieren la dicha solemnidad de testigos, mandamos, que non bagan fe, ni prueba en juyzio, ni fuera del.*

8 Alij sentiunt novam legis Taurinæ decisionem solum debere intelligi quo ad numerum testium, ut in eo solum corrigatur ius commune, non tamen quo ad qualitates eorum, & reliquas solemnitates. Huius opinionis sunt expressè Tellus Fernandez in dict. l. 3. 1. part.

part. num. 13. 14. & 16. Burgos de Paz ibidem num. 134. & nu. 155. & num. 200. Menchaca de success. creat. lib. 3. §. 21. num. 14. & 28. & nu. 70. Covarrubias in cap. relatum num. 11. de testamentis, Ignacius de Salcedo in addit. ad Bernard. Diaz regul. 432. limitat. 6. D. Ioannes del Castillo lib. 4. cap. 21. num. 70. cum seqq. Thom. Sanchez conf. Moral. lib. 4. cap. 1. dub. 5. num. 2. Et ex allegatis pro contraria opinione expressè hanc defendunt Cevallos, Antonius Gomez, & Azevedus infra referendi.

9 Probatum hæc opinio ex eo, quo cum dicta lex Tauri correctoria sit iuris communis, eatenus corrigere dicendum est, quatenus illa expressum est, *l. sancimus, C. de testamentis*, nec ex eadem aut maiori ratione extendere legem correctoriam licet *Authent. quas actiones, C. de Sacros. Eccles.* at hæc lex Tauri, corrigat vetera iura quo ad testium numerum: ergo quo ad reliqua vetera iura emendare non est dicendum, sed potius contrarium voluisse. Consequens patet ex traditis à Burgos de Paz nu. 135. & 136. ubi quod derogato privilegio quantum ad unum, quantum

ad alia comprobatur ceterur l. *Tribunus, §. cum aliquis, ubi Baldus notat, ff. de Milit. testam. cum alijs ab eo relatis.* 2 Tellus Fernandez dict. num. 13. ubi ex Decio conf. 610. nu. 4. & 5. probat, quod dispensato circa unam solemnitatem testamenti, in ceteris remanet virtus iuris communis, ut in terminis Curtius Iunior in d. §. ex imperfecto num. 10. Socinus in l. sciendum num. 142. ff. de legat. 1. Parisius conf. 32. num. 36. & 37. vol. 21. qui tenent, quod lex nova minuens numerum testium in testamento, non derogat qualitati eorum.

14 Hæc opinio certa mihi videtur ex prædicto fundamento satis latè à prædictis Doctoribus exornato, & certè concessio antecedenti, quod lex Tauri loquatur de numero testium dumtaxat, consequens rectè sequitur sed antecedens negat Angulus ubi supra dict. num. 4. in medio, & dicit, quod non reperit unde Authores elicere potuerunt, quod lex solum disponebat quo ad numerum, non quo ad qualitatem, & reliquas solemnitates nisi in verbis illis enunciatis: *que dispone quantos testigos son menester rela-*

relatis in dicta lege tertia, quæ verba non disponunt, quia sunt enunciativa, & demonstrandi gratia posita.

35 Verum satisfaciens Angelo, & probans prædictam opinionem teneo correctionem iuris communis, & adæquationem tantum procedere in numero testium, non in qualitate, nec in reliquis, quia prædicta lege multa, & separata disponuntur, primo etenim testium numerus in testamento nuncupativo, secundo solemnitas testamenti in scriptis, tertio solemnitas testamenti cæci, quarto solemnitas codicillorum: at si in fine legis adæquatio scriberetur, in omnibus, & per omnia procederet, sed sic est, quod adæquatio tantum ponitur in prima clausula, ubi solum disponitur quo ad numerum testium, ergo in illo tantum est intelligenda. Nec verba illa enunciative ponuntur, quia circa numerum testium disponitur, sive discernitur lege ista, licet se referat ad legem Ordinamenti, ergo se habet dispositive. Rursus in dicta lege cum ponitur clausula illa: *Los quales dichos testamentos, y codicillos si no tuvieren la dicha solemnidad*

de testigos, mandamos que nõ hagan fee, intelligenda est de solemnitate testium prout in quolibet testamento requiritur, nam in scriptis alia testium est solemnitas, in nuncupativo altera, vt expressè dicta lex proponit, & explicat Azevedus in d.l. 2. tit. 4. lib. 3. per totam Glossam. Sic similiter in testamento inter liberos solemnitas testium est numerus testium, quia cum iure communi sufficerent duo, hodie prædicta lex ausit numerum, & adæquavit testamento inter extraneos. Et etiam potest dici, quod cum de quolibet testamento exponeretur specialis solemnitas, & in omnibus testamentis solemnitas testium sit requisita (suppono enim testes adhiberi propter solemnitatem) quia sine testibus nullum potest sustineri testamentum, ideo posita fuit clausula generalis de solemnitate testium, quæ in omni testamento verificatur, sed in testamento inter liberos solemnitas testium non est aliud nisi numerus testium, qui cum iure communi duorum fuisset, prædicta lege fuit auctus, & facta adæquatio.

Quod

17 Quod etiam probatur, quia privilegium testamenti inter liberos, continet diversa, vnum respicit numerum testium, aliud qualitatem eorum, aliud dispositionem testamenti, & formam illius: at ex derogatione vnus altera non videntur mutata, nec generalibus verbis, nisi quatenus expressum est, vt in l. decurionibus C. de silentiar. lib. 12. & in l. dotalem, ff. de testam. milit. & in cap. tua de decimis, quæ considerationes satis probant intentum, & ex illis verba prædictæ legis, in quibus fundantur Authores de contrario interpretata existunt.

18 Neque obstant Autoritates pro contraria opinione relatæ, nam etsi omnes videam pro illa allegari, vni etenim Authores citantur ab alijs, eos tamen perlegendum diversum est, tantummodo enim absolute dicta opinionem defendunt Didacus del Castillo, Molina, Matiezzus, Angelus, & Gutierrez; nam in primis Gregorius in d. l. 7. verbo testigos, inquit, quod fundamenta Didaci del Castillo non multum vrgent, & quod in puncto iuris in testamento inter liberos

verius est contrarium, cum illud fuerit omissum, tam in lege Ordinamenti, quam in lege Tauri, quæ tantum locutæ fuerunt in numero testium, non autem in qualitate masculinitatis, & sic tãquam casus omissus debet remanere sub dispositione iuris communis, & subdit, quod cogites dubium, quia lex Ordinamenti intellecta a semper fuit de testibus masculis, & quod hoc est tutius: sed in his verbis non absolute habet opinionem pro qua solet allegari, & licet lex Ordinamenti intellecta semper fuisset de testibus masculis, lex Tauri in adæquatione nõ exprimit, vnde remanet casus sub decisione iuris communis, quo non requirebatur nisi solemnitas, seu probatio iuris gentium, vnde minimè obstat autoritas Gregorij Padilla in d. l. si frater n. 15. tantum inquit, quod hodie eadem solemnitas requiritur in vtroque testamento, & idè inquit Azevedus, Cifuentes, & Gomez in locis qui citantur, quod nõ est contrarium nostre opinioni, quia eadem solemnitas requiritur, sed hoc debet intelligi quatum ad numerum te-

testium, non quantum ad qualitatem. Escobar loquitur remissivè ad Matiezum, & Morquecho ad Angulum, & non disputant quæstionè Cevallos se ipsum contradicit, ut patebit; & Authores pro nostra opinione loquuntur cum distinctione disputando Tellus, Burgos de Paz, & reliquis; & Cevallos, qui pro contraria traditur, *quæst. 50. num. 3. & 4. contra Gutierrez* inquit in hæc verba: *Sed contrariam opinionem, imò quod in testamento inter liberos fœminæ sint idonei testes, sicut de iure communi tenet subtiliter Tellus Fernandez, quæ opinio iuridica mihi videtur, cum sit cõmunis opinio, quod de iure communi in testamento inter liberos fœmina sit idoneus testis. Et ibi: Quæ disposito non corrigitur per dictam legem 3. & tandem tenet, quod fœmina in testamento inter liberos sit idoneus testis, & extendit ad hermaphroditum. Azevedus quoque, in l. 1. tit. 4. lib. 5. Recop. num. 65. inquit, quod hodie testamento inter liberos licet requiratur testes, ut si fuisset inter extraneos, tamè validum erit, licet lectum nõ fuerit, & ita sensit Author lege 3. Tauri non derogari in*

totum privilegium liberorũ. Antonius Gomez postquã *num. 48.* dixerat eandem solemnitatem requirere vtrũque testamentum *num. 53.* inquit, quod in testamento inter liberos fœmina potest esse testis, & *num. 71.* opinionem nostram expresse tenet, licet non disputet. Vnde ex omnibus prædictis Authoribus Regnicolis tres possunt constitui classes, fateor in prima opinione scilicet, quod privilegium sit ablatũ, & quod eadem solemnitas requiratur quantum ad testes, & qualitatem illorum, & formam testamenti, & reliqua in vno ac in altero testamento, esse Didacum del Castillo, Molinam, Angulũ, Matienzum, & Gutierrez, probatissimos Authores; sed pro contraria, & quod solum adæquatio procedat quantum ad numerum, Tellum, Burgensem, Menchacam, Salcedo, Castellum, Covarrubiam, & Sanchez, & in veritate Cevallos, Azevedum, & Antonium Gomecium, & hæc duæ opiniones constituunt duas Classes; in altera est Gregorius, qui absolute non loquitur, Morquecho, & Escobar, qui loquuntur

re-

remissivè nihil tradendo, nec disputado dubium, Padilla, & Cifuentes, qui loquuntur generaliter sine distinctione dubij, ex quibus receptor videtur Telli opinio: qua retenta.

19. Fœminæ possunt esse testes in testamento inter liberos, ut tenent Tellus Fernandez, in d. l. 3. 1. part. ex n. 15. Antonius Gomez *ibidem* n. 53. Palacios Rubios *nu. 34.* Ignat. de Salcedo, *ubi supra limitat. 6.* Cevallos *quæst. 50. num. 5.* Thomas Sanchez, *d. dub. 5. num. 2.*

20. Et huiusmodi testamentum sit validum, etiam si nõ fuerit lectum, Burg. de Paz in *d. l. 3. num. 216. & conf. 1. num. 2.* Castillo *lib. 4. cap. 21. nu. 106.* Azevedus *ind. l. 1. tit. 4. lib. 5. num. 65.* Covarrubias in *dict. 23* *cap. relatum num. 11. vers. secunda conclusio.*

21. Et codicillus factus à patre inter liberos noneget hodie maiore solemnitate, quã iure communi, quia licet dicta lege 3. adæquatio fiat de codicillo ad testamentum non debet intelligi de codicillo privilegiato, quia lex non comprehendit personas speciale privilegium habentis in materia codi-

cillorum, & speciale privilegium habent patentes cum inter liberos codicillantur. Sic Méchaca, *de success. creat. lib. 3. §. 21. numer. 70.* ubi videri potest.

22. Similiter licet dicta lex 3. Tauri eandem solemnitatem desideret in codicillis, quã in testamentis nuncupatiis, debet intelligi tantum respectu numeri testium, nõ vero respectu qualitatis personarum ipsorum, & ita hodie mulier potest esse testis in codicillis. Antonius Gomez, in *d. l. 3. num. 71.* & ibidè Palacios Rubios, *num. 34.* Cifuentes, *num. 12.* Burgos de Paz, *4. part. num. 1355.* Salcedo ad Bernardum Diaz, *regul. 482. limit. 5.* Thom. Sanchez, *d. cap. 1. dub. 12. num. 2.*

23. Ex quibus cessare hodie in nostro Regno cenfeo controversiam illam celebrem, an schedula à parte manu propria scripta continens eius ultimam voluntatem debeat observari, quando nullis testibus est fulcita, nam hæc schedula si debet valere ut testamentum, debet habere testes lege Ordinamenti, & Taurinæ requisitos: at si dicatur, quod sustinebitur in vim ultimæ voluntatis in genere